



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Petri Canisii De Societate Iesv**

**Rader, Matthäus**

**Monachii, 1614**

X. Mors Canisij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70957](#)

194      DE VITA P. CANISII  
precando fessum lectio reficeret, &  
lectione fatigatum precatio grata vi-  
cissitudine recrearet.

## MORS CANISII.

### CAPUT X.

**F**lectebat sensim Canisius ætatis decursu vitæ metam, annisq; iuxta ac laborib<sup>9</sup> fessus, senecta iam ætate paullatim cælum spectabat perfecta iam sua fortuna felix. poterat enim cum D. Paulo verè exclamare : *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, dereliquo reposita est mihi corona iustitiae, quā reddet mihi in illa die iustus Index.* Cupiebat ergo dissolui, & esse cum Christo, pro quo tot labores, annos amplius sex & septuaginta exhauserat. Valetudo eius præteritis annis constans & firma, tum primū tentari grauius cœpta, cum septimum supra sexagesimū annum

annum ingrederetur, quo tēpore se  
cōcionādi munere abdicauit, simul-  
que tam periculoso morbo corrept⁹  
est, vt læso cerebro, multis è potesta-  
te mentis exijsse crederetur.. Colle-  
git tamen sese, & ad vſitata studio-  
rum & precum officia mox reuer-  
tit. Sed morbo reciprocante iden-  
tidem in lectulum reiect⁹ est: nec ita  
reualuit, vt pristinum corporis vigo-  
rem recuperaret. Iam scipione niti,  
iam incurus incedere, ac terram  
spectare, animo verò ad cæli tem-  
pla toto pectore aspirare.. Sanè  
si vires corporis & constitutionem  
naturæ attenderes, multorum judi-  
cio æuum in longè maius spaciū  
propagaturus videbatur.. Sed vi-  
giliarum excubiis emaciatus, men-  
ſæ tenuitate exhaustus, peregrina-  
tionum & itinerum molestiis fra-  
ctus, & quod caput est, cruce illa,  
quam sensibus iam pridem defixe-  
rat, mactatus, vt granum frumenti

N 2      in

in terram cadens fructum multesimum afferret, non potuit ad naturae metas, quas illa fortasse longiore interuallo positura fuerat, penetrare, compendio nempè viæ breuioris ad cælum persui victoriam reperto. Primum omnium Anno Christi c. 15. 10. xcvi. quo vita excessit Canisius, pedes, quibus tot terrarum spacia haud paucis annis emensus erat; fungi officium sensim recusabant, ut ipse in literis ad Gregorium Roseffium eodem anno tremente iam dextra scriptis narrat: *En*, inquit, *rudis charta senili manui propè respondet; ignoscat quæso charitas tua imperitiæ & incivilitati meæ. Labores quadagesimales uti confido feliciter confestisti, & ad Paschalem quietem cum Elis gratam emersisti, in qua cupio tereclè valere: Sen si ego & sentio, pedes meos officium suum non facere ut aliquando sit difficile sacrificare, fortassis non dispar imbecillitas Ingolstadij quoque prosternit fratrem atque R etorem.*

ctorem. Benedictus fons ille bonorum, per quem augentur senibus torpor, fastidium, obliuio, iniuria, molestia, & reliqua id genus incommoda, quæ nos in fragilitate naculo habitare, & ad meliorem vitam tendere hortantur. Age pater, communes illi agamus gratias, in cuius manus sortes nostræ versantur, & cuius opera florentem Augustam tot iam annis experimur: Vidimus Truckfessios, Fuggeros, Rellingeros, Welseros, aliosque patronos insignes & amicos, quorum beneficentia multa debemus. Praeclaris horum vestigiis imitandis insistamus, ut detanta Repub. bene mercamur, ad quam subleuandam mirabiliter sumus cooptati. Tam commode habitatis, fauentes ac lati auditores discipulique suppetunt, augetur & piorum numerus ad nomen Domini in vero Ecclesiæ spiritu collaudandum. Igitur singularem Dei gratiam agnoscamus, quo duce inter impios leti conuimus, pueros & senes instituimus, Ecclesiæ Sacra menta dispensamus, libros tali

N. 3 empo-

emporio dignos conscribimus, Clerum ac  
populum de pietatu officio admonemus, ac  
demum hanc Vindelicorum Augustam Deo  
summo magis magisq; lucrificimus. Vestri  
Collegii Sacerdotes ac fratres, quorum cha-  
ra est mihi memoria, optimè valeant cum  
patronis & amicis vniuersis. Tuam salu-  
tem cura diligenter, nullum ut locum tribu-  
as tristi pusillanimitati; meique memori-  
am tuu precibus interponere non graueris,  
qro. Friburgi Heluetiorū 20. April. 1597.  
In eandem ferè sententiam ad Col-  
legij Augustani præsidem Georgium  
Schretelium. eod. anno pridie Cal.  
Octobres literas dedit.

Idem queritur in Epistola ad The-  
odoricum Canisium non toto men-  
se ante mortem data. Pedes ergo,  
quarto ante supremum eius diem  
mense, suffusa intercute vnda, in-  
tumescere cœperunt, qui & sensim  
relicuum corpus in eandem labem  
traxere: stomachus auersionibus la-  
borare

borare, & crebros ciere ructus, vt etiam fauces exulceraret. crebrius tamen sedebat per diem, quam lecto decumbebat, quo maximè vrebatur ; nec morbi genus sine graui labore lectum admittebat, quod in hydrope non ignotum, quando humoris copia iacentis cor petit, & meatus pulmonum liberos intercludit. Viserat ad illum paulò ante Ioannes Comes Turrianus, Episcopus Viglianus, qui cum multa familiariter tractarat : à cuius digressu mox fatali ægritudine contactus, & sacras ex ritu Ecclesiæ preces recitare prohibitus; quod vnum ægro relinquebatur, animum cælesti contéplatione pascebat, seseque numinis curæ totum permittebat, cum subinde dictitaret, magnas se D E O gratias debere, quod extremos vitæ dies more maiorum & Sanctorum Patrum exemplo, non sine magno corporis cruciatu transigeret : fin-

N 4      gulis

gulis mortaliū æterna lege præscrip-  
tum , quibus initii vitam ordian-  
tur , qua sorte spatiū æui decur-  
rant , quo denique lethi genere ad  
metam perueniant. Quadrimestre in  
hoc morborum conflictu jactatus ,  
cum qui medicinam illi faceret , de-  
sideraretur (quod anno superiore Pe-  
trus Quintius disciplinæ medendi in  
paucis gnarus , & Canisij studiosissi-  
mus fatis concessissèt ) nihil , inquit ,  
opus silicernio medicamentis ; ad  
plures eo. Pridie ergo eius diei , qui  
S. Thomæ solennis est. Martino Ly-  
cio Collegij Moderatori animaduer-  
tenti Canisium collapsis viribus eti-  
am linguae vsu ex destillationib⁹ pro-  
pè destitutum (quod egrè loquendo ,  
vox ægrius à circumstantibus acci-  
peretur) admonenti de animo ad ex-  
tremam mortis luctam confirman-  
do videri vltimum illi vitæ discrimē  
imminere ; promptus annuit ; imò  
vltro petiit ; & postridie , qui Domi-  
nicus

nicus erat cælesti Synaxeos epulo  
pastus iacuit supinus in rerum diuin-  
narum medicatione usq; ad meridi-  
em assiduè defix<sup>9</sup>. An cælesti aliquo  
Virginis ac Matris Dei, (cuius laudes  
ingenti volumine celebrârat ) viso  
exhilaratus, incertum ; oculis certè  
in eam gratulantibus intentus , reni-  
dente vultu, cœpit illam Angeli ver-  
bis salutare, & coronam legere. Inter-  
tuerientem postea virum clarum  
& Canisio familiarissimum Ioanné  
Wildium hodie Prætorem, seu Du-  
umvirum & secundum hunc, Seba-  
stianum etiam Veronium propter  
lectum afflentem, preces ad Deum  
pro se viuo mortuoque fundendas  
poposcit, nec verbum amplius adie-  
cit; sed ex libello precationū usū diu-  
turno prope attrito , vota ad Deum  
vltima admodum attentus præse mi-  
sit, inter quæ cum & manus fluenter,  
& sensus omnis extingui videretur,  
rogatus, an sacro oleo , quod supre-

N 5 mūm

mum depositis est præsidium, vellet  
inungi? nutu affirmauit. Sodalib' er-  
go in decumbentis cōcluae coactis,  
lectumq; certatim ambientibus, in-  
ter vota precesq; Patrum, duorumq;  
è S. Francisci Sodalitate Cappucino-  
rum, & Christophori Reiffij viri Se-  
natorij, Antonij Montenachij Ar-  
chigrammatei, è fesso victoq; labori-  
bus ac morbis corpore, spiritum ve-  
lut è vinculis expeditum auctori vi-  
te, ante quartam pomeridianam cō-  
mendauit, ipso die S. Thomæ anno  
partæ salutis c i o. i o. x c v i i. cum  
vixisset annos lxxxi. menses vii.  
dies xiiii. Postridie funus in ædicu-  
la Collegij expositum, totam ferè  
vrbem ad spectaculum adduxit, quæ  
velut communem gentis & singu-  
larem ciuitatis patronum, ac paren-  
tem deplorauit.

Ad solem inde occasum, delatum  
ex doméstico facello in principem  
vrbis ædem S. Nicolai, post funebrē  
lau-

laudationem à Sebastiano Veronio  
summi templi Præfecto frequentif-  
sima concione dictam, octaua hora  
sub atram noctem sidus illud Ger-  
maniæ & illustre totius Societatis iu-  
bar, tumulo ad summi altaris pri-  
mum gradum, vbi Sacerdos litatu-  
rus consistit, quando sacrum incho-  
at, medio choro illatum, monu-  
mento ad latus à Ioanne Wildio viro  
illustri hodie Prætore condito, &  
hac Epigraphe à Veronio inscrip-  
to, &c.

D. O. M.

VENERANDVS IN CHRISTO PATER  
PETRVS CANISIVS THEOLOGVS  
NOVIOMAGI NATVS  
SOCIETATEM IESV  
TERTIO A CONFIRMATIONE ILLIVS ANNO  
INGRESSVS  
AC SACERDOTIO INSIGNITVS

OB

204 DE VITA P. CANISII

OB MAGNI SIMVL ET PLACIDI ANIMI

PRAESTANTIAM

A COLONIensi ECCLESIA AD CAROLVM V. IMP.

AB OTHONE CARDINALI AVGUSTANO

AD S. CONCILIVM TRIDENT.

A CAROLO V. IMPERAT. VORMATIAM

CONTRA MELANCTHONEM HÆRETICVM:

A PIO IV. PON. MAX. AD PRINCIPES GERMANIA

IN FIDE CONFIRMANDOS

MISSVS.

POSTQVAM ROMÆ IN SICILIÆ ET GERMANIE

ACADEMIIS DOCVISSET

DIV APVD FERDINANDVM IMP.

ET PASSIM SVMMA CVM LAVDE

VERBUM DEI PRÆDICASSET

PRIMVS PROVINCIALIS SOC. EIVSD. IN GERMANIA,

AB IPSO SOC. AVCTORE P. IGNATIO

DATVS FVISSET

SCRIPTISQUE FIDEM CATHOLICAM

EGREGIE ILLVSTRASSET

AUSPICIIS REVERENDI D. IOANNIS FRANCISCI

EPISCOPI VERCELLENSIS NVNCII APOSTOLICI

FRIEVRGVM SEXAGENARIUS VENIT,

COLLEGII SOCIETATIS FUNDAMENTA IECIT.

MVLTA PRÆCLARA DOCUMENTA DEDIT.

ET

LIB. SECUNDVS, CAP. X. 203

ET QVASI QVIDAM FRIBVRGENSIVM PATRONVS,  
ECCLESIAE PER HELVETIAM PATRIARCHA  
RELIGIONIS CATHOLICÆ SVI TEMPORIS COLVMNA,  
TOTO CHRISTIANO ORBE NOTISSIMVS  
FIDE PRUDENTIA INDEFESSO SCRIBENDI LABORE  
ABSTINENTIA PERENNI GRAVITATE  
ANIMI PVRITATE,  
FLAGRANTISSIMO DEI AMORE  
MVLTAQ. SANCTITATE CLARISSIMVS  
MIGRAVIT AD CHRISTVM  
FESTO S. THOMÆ APOSTOLI.  
EIS. IO. XCVII ANNO ÆTATIS LXXVII.

Cæterum corpori humi condito  
imminet candidum marmor, quod  
germani fratres quatuor, viri nobiles  
amoris & cultus aduersus Canisium  
& Societatem argumentum cum hoc  
Epithaphio fieri curarunt:

MONV.

206      DE VITA P. CANISII  
MONUMENTVM  
VENERANDI PATRIS  
NOSTRI  
PETRI CANISII  
SOC. IESV  
THEOLOGI.

NN. NIC. ROCH. GEORG. PET.  
FRATRES A DIESBACH  
POSS. M. D. XC. VII.

FORMA CORPORIS ET  
FIGVRA.

CAPVT XI.

**Q**uamuis in frōte libri ex descrip-  
ta imagine formam Canisij ex-  
presserimus, iuuat tamen eandē hic  
calamo quasi suis depictam colorib⁹  
illustrare. Statura fuit ex mediocri  
magis ad procerā accedente, vultu  
semper ad modestam & religiosam  
grauit-